

BONA Dei gratia REGINA Poloniae Suprema Dux
Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae &c. Dna.

Significamus tenore praesentium quorum interest vniuersis. Quia relatum est nobis Ven^{lem}
Joannem Plogki Carnolinen^{em} Et officien Plebanum velle Mansionariam suam Varsovien^{em}
comutare pro Altari eiusdem Eccle^{ae} Varsovien Tituli Sctae Mariae Magdalena^e in Sacello
nostro Beatae virginis Mariae cum Nobili Et discreto Casparo à Sandomizia Seruitore nro
eius Altaris presenti possessore. Supplicatumq^{ue} nobis est pro Vtroq^{ue} Et in eam comutatio
nem praedictorum beneficiorum vbi vna Et legitima Patrona eorundem. consentire digna
remur. Cui supplicationi annuen^s in eam Comutationem Mansionariae pro Altari consensi
mus. eamq^{ue} ratam Et gratam habemus. Quod vobis Ven^{lem} Stanisla^o S Amborski De
cano Varsovien^{em} ad noticiam deducimus. hortamurq^{ue} vos. Vt cum eiusmodi Comutatio
debito Et legitimo modo su^o acceperit effectum. Ipsum Ven^{lem} Stanisla^o Plogki ad Alta
re. Casparum autem ad Mansionariam praedictae Eccle^{ae} instituat^{is}. Et inuestiat^{is}. Quos
iam ad instituen^{em} vobis praesentamus. Hisce literis nostris. quibus in euidentius testimonium si
gilum nostrum est appressum. Datis Varsoviae Vltima Octobris Anno domini Millesimo
quingentesimo quinquagesimo primo

Bona regina &c.

